cognoscetis eum quia apud uos manebit & in uobis erit
Non relinquam uos orphanos · ueniam ad uos · Adhuc
modicu & mundus me iam non uidet · uos autem uidetis
me quia ego uiuo & uos uiuetis · In illo die uos cognos
cetis · quia ego in patre meo · & uos in me & ego in uobis ·
Qui habet mandata mea & seruat ea · ille · e · qui diligit
me · Qui autem diligit me diligetur a patre meo · & ego
diligam eu · & manifestabo ei meipsum · Dicit ei iudas
non ille scariothis · Dne · quid factum · e · quia nobis
manifestaturus es teipsum & non mundo · respondit
ihs & dixit ei · Siquis diligit me · sermonem meu serua
bit · Et pater meus diliget eu · & ad eu ueniemus · & man
sionem apud eu faciemus · Qui non diligit me · sermo
nes meos non seruat · Et sermonem quem audistis n
est meus sed eius qui misit me patris · haec locutus sum
uobis · apud uos manens · Paraclitus autem sps scs
quem mittet pater in nomine meo · ille uos docebit
omnia · Et suggeret uobis omnia · quecumque dix
ero uobis · Pacem relinquo uobis · pacem meam do uo
bis · Non quomodo mundus dat · ego do uobis · Non
turbetur cor urm neque formidet · Audistis quia
ego dixi uobis · uado & uenio ad uos · Si diligeretis me
gauderetis utique quia uado ad patrem · quia pater
maior me · e · & non dixi uobis priusqua fiat · ut cum
factum fuerit credatis · Iam non multa loquar uobis
cum · Uenit enim princeps mundi huius · & in me non
habet quicquam · sed ut cognoscat mundus quia di
ligo patre · & sicut mandatu dedit mihi pater sic
facio · Surgite eamus hinc

XII EGO SUM UITIS UERA ET PATER MEUS AGRICOLA EST